

**Ez.** laudati opis medicamenti g. iij.

Tormentur pilulae iij. excipiantur pulvere bezoardico albō, ut albescant. D. in pyxide ligneā eleganti S. Nachtpillen.

**Ez.** magister. anodyni Rofincian. g. v. in chartā.

S. Anhaltend pulver.

Exhibeantur circa noctem. Radices quidem non tollunt, sed fructus & morbum in centro suo retinent. Ebullitionem ♀ri Paracelsicam fistūt, & acorem Helmontianum, si modò in rerum naturā sit, compescunt.

Exterius ad adfectus dolorifici sedationem & lenitio-  
nem imprimis ea commendantur, quæ cutis poros laxant &  
aperiunt.

Amati lusitani remedium, quod Turcarum principibus  
commune & familiare esse, ait, constat ex lacte caprinō pannis  
lineis exceptō, exterius que dolenti loco adplicatō. Franciscus  
Vallesius atrocissimos dolores podagricos PHILIPPI IV. HISP.  
REGIS sedavit, lacte caprino calido, quod recens in cubicu-  
lo emulctum, dolenti statim parti admovit. Ejusdem & majo-  
ris etiam efficaciæ est, si mica panis lacti huic incocta in cata-  
plasmatis modum adplicetur. Hoc Turcarum magnatibus eti-  
am familiare.

Commendat eximiis laudibus huic cataplasmati additam  
pulpam cassiae Lazarus Riverius.

**Ez.** medullæ panis albi in lacte decoctæ lbs. pulp. cassie 3ijs.  
& dolenti loco imponit. Exaltari hoc potest additione croci  
modico.

Refert Forestus observ. 3. lib. 29. de chirurgō Leidanō, qui ex  
lenticulâ aquaticâ & floribus chamæmeli parabat cataplasma,  
addendo parùm farinæ hordei sub finem, in lacte coquendo ad  
cataplasmati modum. Hoc maximō cum miraculō sedavit do-  
lores.

Miræ etiam pro dolore sedando efficaciæ est magisterium  
Eni, soluti in aceto, & evaporatione inspissati, in eo vini φλο-  
γιστῶ dissolutum, si articulis illinatur.

Sole-